

A. Morisius
Moy. Charles Morgenstern
Docteur en Philosophie ec.

16
in Halle
dans la Saxe

Vivo Clarissimo Carolo Morgenstern
Jacobus Morellius
i. p. d.

Nescio quo fato, certe tamen iniquo, literas tuas
ante quatuor menses iam scriptas, nunc demum recipio.
Nollem, Viv Clarissime, in tam longo temporis intervallo,
me negligenter atque inurbane seculum egisse, oborto tibi
suspicio eret. Ut primum itaque licet, cum pro literis
humanitatis et officii plenis, tum pro libris egregia libe-
ralitate missis, gratias multas habeo, ac ut olim referre
possim, valde me optare profiteor. Quam grati hi mihi
acciderint, quaerere non; Commentationes in primis tue
de Republica Platonis, quibus tantam operi pulcherrimo
auctoritatem atque laudem conciliasti, quantam ex scri-
ptoribus novis certe nemo eidem attribuit. Utinam vero,
quod tui potissimum interest, codicibus mss. Bibliothecae
Mavrciana novam operis editionem, quam bene ac sapienter
motivis, iuvare possem. Interea tamen ut quoniam ex
iis adiumento tibi parari possent, quodammodo constet,
en de codicibus omnibus indicium.

Codex in Indice invenio notatus n. 184. membranaceus in
folio, saec. xv. manu Joannis Rhosi Werbyreni Cretensis, Benavianis